

Badische Landesbibliothek Karlsruhe

Digitale Sammlung der Badischen Landesbibliothek Karlsruhe

Urkunden und Akten der Stadt Strassburg

Nachträge und Berichtigungen zu Bd. 1 - 3. Register zu Bd. 2, 3 und 4,1

Schulte, Aloys

Straßburg, 1898

1222 - 1225

[urn:nbn:de:bsz:31-326727](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:bsz:31-326727)

Friderico Romanorum imperatore gloriosissimo anno regni ejus decimo, imperio vero 2, anno pontificatus nostri vigesimo, Edellinde abbatissa monasterii impetrante.^a testes hujus rei sunt: Reinhardus prepositus, Berhtoldus decanus, Fridericus cantor, Ulricus scolasticus, Berhtoldus archidiaconus,^b Hermannus portanarius, Ludewicus archidiaconus, Alberhtus plebanus sancti Martini, Otto sacerdos, Diethelmus presbyter, Heinricus de Ohsenstein, Cunradus de Wolfa, Arnoldus de Burgeln, Fridericus de Hagenouwe,^c Cunradus prepositus de Itenwilre, Cunradus prepositus de Trutenhusen, Dietericus plebanus de Barre, Berwardus, Richerus canonici, Alberhtus, Nibelungus sacerdotes et alii quam plures. 1222.

B aus Straßb. Bez.-A. G fasc. 2759 or. mb. c. 2 sig. pend., quorum 1 delapsum. Capitelssiegel an grün-rothen Seidenfäden.

B 1 coll. ibidem or. mb. c. 2 sig. pend. Bischofs- und Capitelssiegel an grün-rothen Seidenfäden.

Die chronologischen Angaben sind richtig, mit Rücksicht auf die Pontifikatsjahre Honorius III wird das Stück in die ersten sieben Monate des Jahrs 1222 zu setzen sein.

23. *Beschluß des Straßburger St. Peterscapitels über die Vertheilung seiner den Seelgeräthstiftungen angehörigen Ackerländer unter seine Canonici. 1225.*

Ulricus prepositus, R[einboldus] decanus totumque capitulum sancti Petri in Argentina tam presentibus quam posteris notum facimus, quod ecclesie nostre providere volentes possessiones ad animarum remedia pertinentes, agros scilicet frugiferos, inter fratres divisimus hoc tenore, ut possessiones ad nos pertinentes in Hoenheim et Vendenheim duo ex fratribus possideant ita, ut Hoenheim quinque solidos^d in [sancti] Michaelis festo et ejusdem capelle dedicatione, quinque solidos fratrum universitas persolvat. Wyherszheim et Hutschuszheim similiter duo. de Hutschuszheim vero fratrum communitas duas uncias in festo [sancti] Georgii Honougie^e fratribus persolvat annuatim. Onolfeszheim etiam duo, unde episcopo preposito decano cellerario et scolastico decem quartalia siliginis, cuiuslibet duo, annuatim persolvantur,^f census vero de bonis eisdem pecuniales fratrum communitas persolvat. item Berstett, Kriegszheim et Romerszheim duo teneant, Dingszheim vero sex possideant preter unam octavam mansus partem. et^g dingsilber, bannkorn possessores persolvent, census vero numerales fratrum universitas. Humeloteszheim unus tantum, qui lumen perpetuum die ad majus altare, de nocte vero ad sancti Georgii altare annuatim ministrabit ita, ut universitas annuatim in omnium sanctorum festo viginti solidos Argentinenses eisdem persolvat et decem solidos in sancti Egidii festo pro eis^h similiter communitas persolvat. omnia reliqua sive census pecuniales sive annonamⁱ possessor exsolvat. Joannes vero possessiones in Mulnheim et in Brumat pro viginti quartalibus, que ei ecclesia annuatim assignare tenebatur, quamdiu vixerit, possideat. portarius vero pro tempore habeat in Geyspoltzheim mansum, in Hirthickheim novem sextarios, in

Sept. 29

Apr. 25

Nov. 1

Sept. 1

a) *B t om. anno pontificatus — impetrante.* b) *B t choriepiscopus.* c) *B t stellt con Hermannus portarius ab die Namen theilweis um. Von Cunradus prepositus de Itenwilre ab der Schluß mit hellerer Tinte eingetragen.* d) *B solidi.* e) *B persolvat.* f) *B und.* g) *B ea.* h) *B annone.*